D. MAXIMUS MARTYRUM

T R I U M P H O S   S C R I B I T

Praesulis, & torvi studia internosce Tyranni:
Hic vitam iunumeris sustulit, ille dedit:
is gladio, hic calamo pugnat, sed, MAXIME, vincis,
Longaque laudatos vivere saecla facis.
Non poteras melius conatum eludere belvae;
Puniat, aut parcat, nemo perire potest.

Caesar Vicecomes Acad. Animosus.

D. MAXIMUS MARTYRUM OPTAT, ET NON OBTINET

Fallor : an antiquos posuit truculentia mores?
An tandem extincta est sanguinis alta sitis?
Haud equidem, lethum sed barbara transtulit ira;
Iussit cum mortis nempe perire fame,

Carolus Franciscus Montius Acad. Anim.